

deserretur, ut languenti mulier affideret. Puritatis ejus etiam apud feminas jacens testimonium fuit, quod languentes oleo, quo ipse contactus fuit, peruncti sanabantur, & infirmis infirmis remedio erat. Marul. l. 4. c. 7.

ALIENAM PUDICITIAM INHONESTE CONSERVARE. Virginius plebei generis, sed patricii viri spiritus, ne probro contaminaretur domus sua, proprio sanguini non peperit. Nam cum Appius Claudius decemvir, filiae ejus Virginiae stuprum, potestatis viribus frictus, pertinacius experiret, deducit in forum puellam occidit; pudiceque interemptor, quam corrupta pater esse maluit. Val. l. 9. c. 1.

Quidam Zeugmini Pannonia urbis à Manuele Compeno Imperatore expugnatae civis, nobilis, & dives, cum uxorem suam, excellenti forma mulierem, ad stuprum à milite rapi videret, nec ejus pudicitiam aliter tueri posset, acinae micram confodit. Nictas lib. 4.

K P H E I N. SIVE RESPECTU SUIIPSIVS. Huc pertinet.

In conjugio modestas, Virginitatem D. Paulus conjugio non immerito praefert, verumtamen, qui se continere nequit, ne uratur, uxorem ducat: ducam honeste irades: nec illius (modo pia sit, & vera Christiana) consensu disjunctionem aliquam attendet. Venus certe conjugalis, si limitibus necessitatis, & generationis circumscriptatur, ad speciem primam conservationem (qui praecipuus est conjugii finis) deinde etiam individo condit, ad animi, corporisque pudicitiam retinendum, & morborum, qui eo remoto semine gravissimi oboriuntur, praeservationem: ut Gal. in Arte med. contra Epicureos.

Pythagoras ab inferis reversus, inter alia fabulosa etiam istud narraffe dicitur, puniri graviter illos, qui cum uxori- bus suis rem habere nolint. Suidas.

Vasthi Regina, Artoserxi inobediens, repudiata fuit, superduda Bitherae Hebraea.

Herodes Judaeorum Rex, à Caesare domum reversus, cum meridiano tempore quietis causas in cubiculum se recepisset, Mariam uxorem formosissimam, & dilectissimam conjugali affectu accersivit. Illa introgressa quidem est, sed una cubare noluit, rogantem contemnens, & Alexandri patris, ac fratris Aristobuli necem illi exprobrans. Quod ipsum Rex indignissimè tulit, sic, ut vix ab inferendis mulieris manibus abstineret. Qua occasione usa Salomone foror Herodis, illam falso inhumulavit adulteris. Joseph. lib. 15. cap. 11. Antiq.

RESPECTU ALIORUM.

Zelotypia affectus est, de quo suo loco proprio. Eum si recta ratio moderari nequeat, praesentis erit considerationis, cum in pudore descendendo, vindicandoque, tum in impudicitia aliena praecavenda, cognoscenda, castiganda.

Suspectam Pudicitiam aliorum praeter decorum Explorare.

Cephalus Dejonis F. Procris Erecthei filiam in Thorico Atticae duxit. Eum pulchritudine illesta rapuit Aurora, si- bique maritum adiecit, Cephalus Procrin tentavit, an matris fidem servatura esset. Fida occasione, venatum se ire simulat, ad Procrin autem mittit seruum ignotum: qui multum auri terens, hoc ei à peregrino viro quodam, ipsius amore capto, dati ait, si ei corporis sui velit potestatem facere. Principio Procris recusat: sed cum duplum mitteret, consentit. Cephalus ubi eam domum ingredi animadvertit, jamque ad se, quem alium putabat, accumbere, d. facem ardentem infert, facinorae ejus arguit. Procris pro pudore Cephalum deserit, & ad Minoem Cretae Regem confugit. Quem cum offendisset, nullam habere prolem, pollicita est ei fecunditatem. Moriebantur mulieres, quibus cum rem habebat, cum serpentes, & scorpiones & scolopendras parent. Ergo vesicam caprae in membrum mulieris inseruit, & Minoas serpentes prius excernere iussit in vesicam: deinde cum Pasiphae uxore coire. Postquam prolem adepti fuerunt, dat Mino Procridi jaculum & canem, quae nulla fera vitare poterat, sed omnes iis capiebantur. His sumptibus, Procris Thoricum Atticae venit, ubi Cephalus habitabat, & ei in venatione adfuit mutato habitu in virilem, & tonfo capillo, ita ut à nemine agnosceretur. Cephalus animadvertens, se venando nihil consequi, omnia Procrin, jaculum istud accipiendi cupiditate est captus. Procris id ei promissit, conditione concubitus. Cumque Cephalus conditionem accepisset, Procris se prodidit: eique exprobravit, quod multo turpius, atque ipsa peccasset Antonini.

Liberalis in Metamorphosi. Suspecta maritum Cephalum alterius feminae amore captum, eundem in sylvas secuta est. E delictumque in dumis, ut observaret clanculum, quid maritus faceret. Cum autem vepres (in quibus latebat) aliquantum movisset. Cephalus arbitratus esse feram, eam jaculo confixit. Plut. in Paral. & Ovid. 7. Metam.

In Thesalia Cyanippus, filius Phalaris, in amorem, puella Leucones, vel Leucones venit, quam etiam à parentibus imperatam, uxorem duxit. Erat autem plurimum deditus venationi, ita ut per diem leones, & apros insequeretur: noctu autem fatigatus penitus, accedere puellam, adeo ut aliquando neque sermone cum ea habito in profundum somnum deferretur. Illa ut cognosceret, quid faceret tandem Cyanippus, qui ita perpetua delectaretur circa montes conversatione, clam ministris omnibus sylvam ingreditur. Cyanippi canes forte cervum insequuntur: & quia ob longam venationem ex mansuetis ferociore erant redditus, cum puellam olficerent, eam invaserunt, nemineque prohibente dilaniarunt. Cyanippus superveniens, ubi laniam deprehendit, vocatis ministris, illam in exstructum rogam composuit, & primum quidem canes suos ad rogam mactavit, postea vero seipsum interfecit. Parib. de Amat. & Plut. c. 42. Paral.

Amilius apud Sibarim Italiae oppidum spectatae venustatis adolescens, venandi studiosus, cum Uxorem haberet novellam, quae in alterius pudice complexum vix ire opinaretur, in saltus egressa deliravit. Moris autem arbutus, canes acurrant, & feram abierunt, puellam discerpunt. Clitonimus l. 2. rerum Sibariticarum, & Plut. c. 42. Paral.

Accusare.

Carolus Crassus Imperator habuit uxorem Richardem, Regis Scotiae filiam, feminam sanctissima reverentia insignem, cui cum adulterii crimen obiceret, quod familiaris ageret cum Luitualdo Vercellensi Episcopo, unico suo consiliario, cui rerum suarum administrationem omnem concesserat: factus zelotypus, ac delirus, uxorem in concionem vocat, jurat à se integrum haecenus relictam, nec ullo concubitu cum ea se commisisse. Casta femina, quae potentiam viri totis annis celarat: Bene (inquit) res se habet, mariti iurjurando virgo: afferre obtesteris, & mulieres honestas, quae meam integritatem attestent: nec amplius tali marito cohabitabo. Si vulvis insuper, ignis vomeribus castitatem meam palam cunctis faciam. Facto itaque dissidio, acceptis bonis suis, in Alfatia monasterium construxit sacrum virginum, quod hodie Andlau appellatur, ac se Deo dicavit, ubi sepulta aet. Quae res ut multis commiserationem, ita Augusto peperit extremam calamitatem.

Henricus II. Imperator, licet cum sanctissima conjugis sua Conegunda, quam unce dilexit, conjunctissimè vixerit, demum tamen Sathan iniecit illi zelotypie serpulum. Conegunda, ut maritum à falsa suspitione liberaret, pudicitiam conjugalem ferro ignito comprobavit. Crantz. lib. 4. cap. 5. Metrop.

Custodire.

Perse, & Parthi uxores, & concubinas in secretiores domus partem viris femotas habitare voluit, neque in publicum prodire sinuit: initinere autem faciendo curibus velatis utuntur. Eo commento Themistocles ad Regem Persarum tuto profugit, cum comites Graecam mulierculam ex Jonia se Regis cuidam cubiculario adducere afferrent. Plut. in Themistocle.

Thraex uxores asserant vehementer, easque magno æte H à parentibus coeunt. Herod. l. 5.

Phanus cum uxorem haberet adulterii suspectam, atrii fores sic occlusit, ut nō nisi cum stridor, sonituque possent aperiri. Verum cum illa per regulas adulterum intromitteret, vicini per jocum dicebant, Phani ostium. Quo proverbio in- nuebant aliqui servatum frustra.

Tuere.

Exempla pete ex Tit. Orationis zelotypia nimia, Illi Ire, hic immo die Studii pudoris habetur ratio. Pudor sane custodiendus est honestus, sed honestus.

Cotys Thracum Rex, zelotypus uxorem suam ab imo ventre ad summum medium dissecuit. Athen. l. 12. c. 14.

C. Sulpitius Gallus uxorem suam repudiavit, quod aperto capite ades egressa esset: Lex, inquit, meos unius oculos praefinit, quibus formam tuam approbes: his ornamenta comparato, his esto speciosa, non aliorum oculis placens. Erasim. l. 6. Apopht.

Hercules

Hercules Strozza & Hippolyte, & Callimachi amantium mortem eleganter his verbis explicat. Ruperat Hippolyte data federa, patre coactus Amiliam uxorem ducere Callimachus. Illa fuit, sed distulit, nollemque cupitum Pollicem, incautum tranfadigis gladio. Et spectante illo (quid non muliebria cogit Corda amor?) iusa sua deserta, & ense perit. Non grave obire proco, sed non obisse venent: Non doluit proprio vulnere, sed domina.

LESAM ALIORUM PUDICITIAM ULTICATUR INHONESTE. Consule Tit. Crudelitatis erga Suptatores, Adulteros 68. Rodericus Gothorum Rex, Juliani legati sui filiam stupravit. Quod Julianus adeo immoderate tulit, ut Mauros contra eum concitaret: cum quibus ille congressus, in acie cecidit. Ritus l. 2. de Regib. Hisp. Jo. Magnes Gothicæ bill. l. 16. c. 27. Petuntur ex loco de Castitate nonnulla.

Pudor.

* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Pudor ab Arist. sic definitur, αἰσχυρὸν ἢ φόβος ἢ δόξα. hoc est, pudor est timor iusta vituperationis, qui alicuius est honestissimus. Pudor, ut Stoici definiunt, est metus infamiae, qui animi non reprimat, nec prociacit, aut inordinatè, vel turpius quid agat. Dissert autem pudor à verecundia sic, ut aliquibus placet, quod pudor est tibi turpius actus, verecundia vero etiam rectè facti, ac honesti.

Bene Propertius. 6. 2.

Nam nihil invidis tristis custodia predest: Quem peccare pudet Cynthia, tata satis. Eamque ob causam Plautus inquit: Nam ego illum perisse duco, cuius iam pridem perit pudor.

* PUDORIS IMAGO.

Penelope desponsa sequi cupiebat Ulysssem, Ni secus Icarium vellet habere patrem. Ille libatam, hic offert Spartam, nanciet anxia virgo, Hinc parte, inde viri maritus urget amor. Ergo sedens velat vultus, obtundit oculos. Ista verecundi signa pudoris erant. Quies sibi prelatum Icarium cognovit Ulysssem, Hocque pudori aram schemate constituit. C. Emblem. Alciati.

* DIVISIO.

Duplicem constituunt Pudorem, honestum, & licitum moxium, atque illicitum. Haec quidem asfert secum peccatum, ille gratiam, & gloriam apud Deum, & homines conciliat. Consentit Salomon: est, inquit, confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam, & gloriam. Eccl. 4. v. 26. De pudore noxio & Scriptura divina, & illius interpres Sancti Patres multa scriperunt, ut illum fideliū mentibus eliminent, variaque illius exempla in medium adducunt; nos pauca adiciemus.

* PUDORIS NOXII.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Scriptura loco Ecclesiasti allegato, quatuor exempla subicit. v. 8. Si quis reveritus potentiam alicujus, mentiat. 2. Si pretemerit corripere, qui sine curae committuntur. 3. Si negligit ignorantem, cum possit, in negotio salutis instituerit. 4. Si erubescit propria confiteri delicta. Non confundaris, inquit, confiteri peccata tua, & cap. 42. multis hortatur, ne D pudore sinat se vocari ab observantia preceptorum divinatorum, aut à iusta tentata ferenda, aut ab hereditate secundum iustitiam distribuenda, vel denique à iusta emptione, venditione.

Christus quoque in nova lege comminatur non levem peccatum illis, qui cum erubescerent, id est, fidem illius coram proximo profiteri detrectarent, cum honoris ipsius ignominia, & detrimento. Marc. c. 8. Luc. 9. Qui me erubescit, inquit, & meos sermones, homine filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate, sua, &c.

Hortatur quoque per os Pauli Timotheum, ut pudorem hunc excutiat, dicens: 1. Tim. 1. Noli erubescere testimonium Domini nostri, & Idem Paul. Non enim, inquit, erubescio Evangelium.

De familia Onesiphori scribit ibidem, quod catenam suam non erubuerit, hoc est in vinculis constitutum, & peregrinum per medios satellites penetravit, eumque quæsierit. vers. 16.

* EX SS. PATRIBUS.

S. Cyr. ferm. de laps. definit Christianum non esse, qui talis esse confunditur, aut veretur. Quomodo, inquit, esse potest cum Christo, qui ad Christum pertinet, aut erubescit, aut metu? Ambr. ad hunc pudorem referri illum, quo quis verecundatur instrui, cum nulla sit ardas ad descendendum fera. Erubescat ait Seneca, qui se emendare non potest. Nullus pudor est ad meliora transire. l. 6. Epist. 31. ad Valentin. Imp.

D. Hieronym. perfringens illos, qui erubescunt delicta sua confiteri, & grotus, inquit, erubescat vulnus Medici confiteri, quod ignorat, medicina non curat. c. 10. in Eccl.

Pudebat tempore B. Augustini Vincentium quemdam corrigere errore, quem commiserat. Quid dubitas, scribit ad cum Aug. ep. 48. tenere, quod senescimus quia id, quod non sentis, vel aliquando sensit, vel aliud defendisse confundis, & dum erubescis corrigere errorem, non erubescis permanere in errore, quod utique potius fuit erubescendum, &c.

EXEMPLA ILLORUM, QUI NOXIIUM PUDOREM EXCUSSEBUNT.

Primus in arenam prodeat Moyses, qui fide, ut Apostolus scribit, grandis factus, negavit se filium filiae Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem: majores divitias existimans thesauris Aegyptiorum improprium Christi. Vide de illo Ambr. in Psalm. 118. ferm. 8.

David omni pudore eliminato, non dubitavit ante arcam fineo Ephod accinctus saltare totis viribus, quamvis id Michol ei tanquam scurrilem rem egisset, exprobraret. 2. Reg. 6.

Etiā Prophete cum summa confusione Deo obedire non erubuerunt. Sic Ilias iustus incedere nudus, paruit. c. 20. Jeremias iustus sine lumbari praecingere, illudque abscondere in foramine petrae, donec pureticeret, & putrefactum resumere, populoque ostendere, promptissimum se exhibuit. c. 19. & 27.

Ezechiel iustus dormire in latere sinistro 390. dies, in dextro 40. comedere panem opertum stercore bovino, radere capillos capitis, & barbam, multa que facere, quæ ridicula videbantur, viroque gravi indigna; tamen omnibus praesto est, omnibus se obedientem exhibet.

Huc referri possunt exempla innumera Sanctorum, qui ludibria, verbera, & mille angustias, & infamiae poenas experti, non erubuerunt, sed quod de Apostolis testatur Lucas; gaudebant quod digni essent pro nomine Jesu contumeliam pati, adspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contem- G pta. Ad Heb. c. 12.

ALIA PUDORIS HONESTI PARTITIO, ET ILLIUS CAUSÆ VARIE.

Comes hic perperus est virtutis, nunc solida, nunc adumbrata. Et quidem alia virtutis est an teambulo, vitium amolens, & veluti radagadis quidam: alia vero pedissequus vitiorum censor, atque carnifex, tacito mosu conscientiam flagellans. Illius exempla sub Tit. Occasiones libidinis fuge- re, huius sub Tit. Penitentia tam ethica quam religiosa, & Pudicitia violata dolor, referuntur plurima. Ad Aristot. in 2. Rhetoricorum definitur esse, ἡδὴν αἰσὺν ὑπὸν ἄλλοις ἢ ἑαυτῷ αἰσὺν ἢ ἀδελφῶν ἢ πατρῶν ἢ φίλων ἢ πατριῶν, ἢ πατριῶν. Consistit ergo, quod Turpitudinis vel vere, vel imaginaria causa oritur. Et quidem is, qui ob veram turpitudinem oritur, in bonum virum non cadit, quandoquidem nihil ille pudore dignum designaturus sit unquam: cadit autem in improbos potius secundum ἡδὴν ἢ secundum ἔξω, aliqui consi- H mato habitu non esse pudori locus. Qui vero ob imaginariam oritur turpitudinem, in pueris quidem laudari solet, qui propter rationis imbecillitatem nequeunt videre quid decorum sit: in adultis non item, cum rationis defectum indicet: eaque propter hunc rusticum, illum vocat Ingenuum pudorem. Respon- dit Subiecti exempla dividi possent, quod quadam Turpia esse videantur ἡδὴν ἢ ἔξω, quæ in honestis patrantur, Alio- nes turpes, vel vere, vel opinione, quædam ἡδὴν ἢ ἔξω, quorum perperio est inhonestas, sive natura sua, sive insi- tuto. Pudor, propter que oportet suscepi, si moderatus sit, alicui, si immoderatus alicuius à Stoicis dici videtur. At propter que non oportet, ἀσυντία appellatur Plutarcho, in eo quem scripsi de nimia verecundia commentario. Pa- ri ratione vocet, αἰσχυρῶν, ἀδύνα, & δυνάμει δια- ferunt, Erubescere, Verecundari, Pudere. Et si accurata dis- tinctio raro observatur.

RESPECTU

Ob Ignobilitatem generis. A Confule Tit. Prudentis, & Astutia in ignobilitate regenda, vel nobilitate afferenda.

Maximinus Imp. Ignobilitatis regenda causa omnes confcios generis sui interemit: nonnullos etiam amicos, qui ei sape misericordiae, ac pietatis causa pleraque donaverant. Nobilem circa se neminem passus est; proflus ut Spartaco, aut Athenionis exemplo imperaret, Capitolinus in Maximino.

Ob Calamitatem suorum. Lacedaemonii Argivis agrum, qui Thyrea dicitur, abstulerunt. Convenit inter utroque, ut trecenti soli utrimque pugnant: & qui superiores extitissent, eorum regio foret. Nocte praelium dirimente, superfluerunt ex Argivis duo, Alenor, & Charanus, qui tanquam victores Argos cursu contenderunt: ex Lacedaemoniis unus Orthyrades, qui spoliatis Argivorum cadaveribus, eorum arma ad suorum castra detulit, trophaum erexit, suo sanguine Lacedaemoniorum esse victoriam inscripsit: tandem pudore Spartam redeundi absque focis seipsum interfecit, Herod. l. 1. & Plut. in Parallels.

Ob Nuptias, Dionysius in exilium à Sicilia Dionem expulsi, uxorem vero ejus Aristomachen, & ipsius filium custodivit. Post repugnantem feminam satelliti suo, sui observantissimo, Polycrati in conjugem tradidit. In natione Syracusius erat. Dion vero, cum fugato ad Locrenses Dionysio, Syracusas se recepisset, Arete foror ipsius eum affata est, & inrecessit. Aristomache vero pudore prohibita, occultabat se, neque maritum audebat alloqui: quoniam coacta per vim, connubii legem erga ipsum violarat. Postquam autem ejus causam defendisset Arete, necessitate coactam à Dionysio diceret, Dion accepit uxorem, & filium, misitque eos in domum suam. Aelian. l. 12. Var. hist. Plutarchus in Dione. Aristomaches filiam facit Aretem, fororis Dionysii, nuptam Dione: eoque pulso, coactam nubere Timocrati, quam Aristomache foror Dionis marito reconciliavit.

Virginibus honestum est nubere, Viduis minus. Eapropter ha diebus festis nubere poterant, paucis spectantibus, utpote festi solemnitate occupatis: illa non poterant, ut multis spectantibus, matrimonium inirent. Plut. in quest. Rom. Ob Servile officium.

Puer Spartanus bello caprus cum lanam exportare à Domino se dedit praecipitem. Plut.

Cuidam ambientii à Diogene in phitosophiae disciplinam recipi, admisso, explorandi gratia pernam in via ferendam dedit, seque jussit sequi. Ille pra pudore, abjecto, quod gestabat, furtim se subduxit. Aliquanto post forte fortuna illi factus obvius, ridens: Tuam (inquit) ac meam amicitiam perna dremis, indicans, illum non esse idoneum philosophiae discipulum, qui stultum pudorem non posset contemnerere. Neque enim turpe est gestare pernam, sed ab honesto recedere, turpe. Ita Laert. l. 6. Diocles hoc ipsum paulo fecius narrat. Cum quidam ambiens esse Diogenis discipulus, dixisset illi, Impera mihi, Diogenes: admisso in famulitium, easesi frustum portandum dedit. Id cum ille ob pudorem recusaret: Nostram, inquit, Diogenes, amicitiam paululum casti dremis. Beroson. l. 5. c. 21.

Adolphus comes Holstia, factus monachus Franciscanus, cum filios suos splendida pompa obvios sibi lactis sinum ferenti haberet, pudore suffusus, declinare parabat. Mox fecit metipsum recolligens, & carnis tentationem severe reprehendens, catino inverlo caput suum lacte perfudit, inquires: Oculis delicto manifesta debetur poenitentia, & quem pauperatis Christi puduit, ut eisdem quoque homines pudeat, justum est, & consensum ad fratres suos operi intentos (quos ea lacte recreaturus erat) rediit. Hieron. Ziglerus in hist. illustrum virorum German.

Ob locum inhonestum. Diogenes ad Adolescentem quandam, qui in caupona cum conspiceretur, refugit in interiora caupona: Quantum, inquit, fugis interius, tanto magis in caupona es. Plutarch. de Virtutis profectu.

RESPECTU PERSONARUM.

ERGA QUOS. Pudor

Erga Seipsum.

Amus Aegyptius monachus nunquam se nudum vidit: indecorum esse monacho dicens, vel suum ipsius corpus conspiceret nudum. Suidas, & Marul. l. 4. c. 7. Sab. l. 5. c. 6.

Cato major maxime arbitrabatur seipsum quemque veteri debere. Neminem enim unquam à seipso esse remotum. E Plut. in Appopib.

Erga Magistratus. Romam profecti erant civitatum Graeciae legati, ut injurias quererentur, quas Philippus Macedonum Rex infererat. Et cum in Senatu de ea re ageretur inter Philippi filium Demetrium, atque oratores: quia Demetrius non modo argumenta defensionis adversus tam multa crimina, quae verè patri obiciebantur, amissis videbatur, verumetiam pra pudore vehementer erubuerat: Demetrii honestas mox Senatus Romae accusationibus ipsum patremque liberavit, Fulg. l. 8. c. 1.

Erga Probos. Pop. Rom. Lupercalia spectante, cum Cato Censorius ingressus esset, tam gravis viri conspectu, suae impudentis pudore suffusus, ludos intermisit. Id animadvertens Cato, ita tim egressus est, Plut.

Erga Vivos, Amafios. Aristodemus Cumanorum tyrannus, in Italia supra caeteras civium filias Xenocritam amabat, & cum pater ejus in exilio esset, secum habebat: neque illum revocando in civitatem, aut blandè agendo, eam conciliaverat: sed puellam mordebat, quod non iustis pacta nuptiis cum eo esset: sed & patri libertatem desiderabat. Fortè ea tempestate fossa Aristodemus cingebat agrum, nec necessario, nec utili operetantum ut labore, & arumis conficeret civis. Praeripierat vitum civibus certum terram modum, quem egerent: Conspectus abeuntem Aristodemum, deflexit vultum, ac tunica vela vit. Adolescentes per risum quassaverunt, quid solum pra verecundia declinaret Aristodemum? tum illa: Nam folles, inter Cumanos, Aristodemus vir est? Hoc didicim omnes, pupugit: generosos viros etiam pudor ad libertatem rependam inflammavit. Fertur & Xenocritam, cum id audivisset, dixisse: Malle etiam se pro patre praesente ferre terram, quam cum Aristodemis delicias, & tantis opibus frui. Haec eos, qui conjuraverant adversus Aristodemum, confirmaverunt. Eorum dux fuit Thymoetes. Ille cum vultum accessum ipsi Xenocrita praebisset, oppreserunt Aristodemum. Ergo Cumanum in libertatem vindicati cum magnos honores, & dona deferrent Xenocrita, repudiatis omnibus, unum, ut esseret corpus Aristodemi permittent sibi, postulerat: quod ei concesserunt, simulque eam legerunt sacerdotem Cereris, hunc honorem non minus gratum deae, quam illi arbitrii amplum. Plut. de Virt. mulierum.

Die Veneris, quae apud Turcos sacra est, ad meridianam horam nobiliorum uxores templum ingrediuntur. Ubi locus secretus solas mulieres capit, quem viri vel non debent, vel non possunt adire. Colloquium viri, & mulieris in publico perarrum est. Rarissimum maritum cum uxore sedere, aut equitare in publico. Cavent etiam in domibus, ne coram familia ullum lasciviae indicium ostendant. Tanto rigore non modo in familiarum, sed uxores quoque utuntur, Nobiliores eunuchis uxores suas custodiunt, ne viris aliis miscantur; magna severitate omnino erga mulieres uti consueverunt, etiam consanguinei. Facta enim desponsatione, sponsus usque in nuptiarum diem non comparet in faciem foeteri, aut focus: quod item & sponsa observat.

Alvida Sivardi Gothorum Regis F. pulcherrima, tantae fuisse verecundiae perhibetur, vel os populo jugiter obnuptum habens, à nullo viro se conspici poterat. Jo. Maga. l. 7. c. 10.

Erga Matronas. Matres familias Reges Perfarum iustas adhibent cœnis, & epulis suis. Quod si animus sit ludere, & perbacchari, has verecundiae causa ablegant cantrices, & pellices accerunt. Rectè sanè, atque ordine quod in consortium non admittant matronas lustrorum, & papine. Plut. in Praeceptis con.

Erga Parentes. Penelope optione sibi data ab Ulysside sponso: vel ut se in Ithacam sequeretur, vel patrem Icarium Spartam: nihil respondit, sed tantum faciem velavit. Icarus latius intelligens, qui illa sibi vellet, ut cum Ulysside abiret permisit. Signum Pudoris eo loco dedicatum, xxx. ferè stadiis à Sparta. Pausanias in Laconicis.

Qui. Nimirum, Pueri, Senes, Subditi, Conjuges, Mulieres. Exempla praecedentia hic accommodanda. * Puer

* Pueritia. Pueri.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Pueritia, Graecè παιδία, & παιδία, puerilis dicitur. Pueritia Hebr. Jaleabb, & Jaleabb, peperit, genuit. Pueritia est veluti infantia recens in lucem producta. Pueritia autem modo etatem puerilem significat, modo puritatem accipitur. Puer. Ea erat matronae simplicitas, & pueritia, & honestas. Puerilitas vero non ipsam etatem, sed adum aliquem puerilem significat, Sente. Qui pueritiam ejus, seu potius puerilitatem ludibrio habuit. Hebr. Puer Babur, vel Baebur, molliore pronuntiatione dicitur, nempe juvenis, & aetatis celestis, Bar, parus, clarus.

Diversos diversa juvant: non omnibus annis Omnia conveniunt: res prius apta, necesse. Exultat levitate puer, gravitate senex: Inter utrumque manens stat juvenis decus. Hunc tacitum, tristisque dicit: sed clarior ille Læticia, & lingua garullitate sua.

B Cornel. Gallus. Aetatis cujusque notandi sunt tibi mores. Mobilibusque decor naturis dandus, & annis. Reddere, qui vocis iam scit puer, & pede certo Signat humum: gestis paribus colludere, & iram Colligit, & ponit temere, & mutatur in bovas. Horat. in Arte Poetica.

Audiatur quoque juven. Satyr. 14. Nil didici sedum, visque haec limina tangat, Intra quo puer est: procul hinc, procul inde puella Lenonum, & cantus pernoctantis parasti. Maxima debetur puero reverentia, si quid Turpe paras, nec tu pueri contempseris annos.

* ADMIRANDA QUORUNDAM PUERORUM CONCEPTIO.

EX S. SCRIPTURA.

JOANNES BAPTISTA in utero matris officii, & professionis suae non obscura dedit indicia, quando mundi Salvatorem in utero matris adhuc latentem exultatione sua adesse significavit, atque ita, antequam in lucem ederetur, Propheta extitit. Luc. 1.

HISTORICA.

Admiranda est venerabilis Eucherii Aurelianensis historia. Nocte quadam illius genitrix, cum ab Ecclesia expletis nocturnis missis domum redisset, proprium ingressa cubiculum quiete dedit: vidique in somnis thoro suo virum adstantem miri candoris vestibus indutum, capitis veneranda canicie splendens, oculis instar gemmarum coruscantibus terribilem, sibi que dicerent: Ave, Deo dilecta, benedictum in utero tuo ferens puerum, olim in hac urbe à Deo electum futurum Anstitem. Cui venerabilis matrona, Obsecro te, inquit, ut benedictionem tuo ore mihi largiaris, priusquam à me discedas. Intueor enim vultum tuum velut Angelicum. At illi Angelus: Rectè quidem cernis. Ego enim Angelus Dei sum, missus ab eo, ut benedicam proli, quae est in utero tuo. Et quia admodum ambiguitatem non opposuisti, sed à Deo mistum me credidisti, jam nunc benedicam tibi, & semini tuo ex te nascituro. At illa expergesta, imensas sanctae Trinitatis referrebat gratias, atque marito suo tante revelationis gaudia per ordinem explicavit. Ille verò haec audiens, amore, & gaudio perfusus, in gratiarum actione permanens, rei expectabat eventum. Natum puerum baptizavit, & de sacra unda suscepit Ausbertus Augustodunensis Episc. In vita ejus apud Surium 20. Febr.

GESICA primus Princeps Ungarorum Christianus, ut Orthodoxae fidei semen in pectoris ejus horro factum in fruges cumpere gestiret, undis salutaribus expiatis, omnes ditionis suae homines pollicetur se ad Christianismum perduciturum. Cum autem multum esset sollicitus de edomandis rebellibus, ritibus sacrilegis abolerendis, ad sanctae Ecclesiae profectum pro sua affirmatione factuensis Episcopus paribus, mira quadam praevisione nocte cum Dominus consolatus est: misit enim ad eum juvenem speciosissimum, qui diceret: Pax tibi, Christi electe, facessat cura haec, & sollicitudo. Non fiat per te id, quod meditari. Habes enim manus humano sanguine pollutas. Nascitur autem tibi filius, qui divina providentia hic efficiet,

quod tu animo concepisti. Eritis Rex, & ex eorum Regum numero, quos Dominus elegit, coronam regni temporarii E aeterna commutaturus. Tu verò hominem spiritali legatione apud te functurum honorifice excipito, exceptum reverenter habeto, ejus cohortationibus sincerum pii pectoris affectum adhibeto. Expergestus Princeps, stupens ad visionem, prius secum, deinde cum Christianis, & suis hominibus pertractans, humi totus prostratus, expansis manibus, humiliter gratias egit Deo, seque principatumque suum cum filio nascituro curavit illius, qui non dormit, neque dormitat, lachrymabundus commendat. Ut autem omnis ambiguitas tolleretur de medio, & ne parum fidei habere videretur visio Duci oblata, etiam uxorem ejus jam patri propinquam ejusmodi divinitus consolatione affectam, praetereundum non est. Apparuit illi B. Levita, & protomartyr Stephanus, levitici habitus insignibus ornatus, ita eam compellans: Confide, mulier, in Domino, & certa esto, te filium parturam, cui primo hujus gentis & regnum, & corona dabitur. Tu verò illi nomen imponas meum. Cum autem femina non sine admiratione seiscitaretur ab eo, quisnam esset, aut quomodo vocaretur? sic respondit: Ego sum Stephanus protomartyr, qui primus pro Christi nomine martyrium obiit. F His dictis disparuit. Nascitur itaque (ut praedictum erat) filius principi, notus Domino, secundum Prophetam, priusquam in utero conceperetur, & per Stephanum protomartyrem à Domino appellatus antequam natus, Eum vero B. & Deo dilectus Episcopus Adalbertus baptizavit, & nomen Stephani ei impositum est, & non sine nutu, & consilio Dei, ut nos quidem persuasum habemus. Baron. tom. 10. Annal. an. 980. ex Cartuit. Episc. in vita Steph. Ungar. Reg. c. 1. 2. 3. apud Sur. 25. Aug.

Cum B. ELIOTUS Noviomensis Episcopus matris adhuc alvo esset inclusus, vidit genitrix ejus visionem, quae hujusmodi habet ordinem. Videbat quasi aquilam valde pulchram supra suum volitantem fratrum, ac fe tercio inclamantem, sibi que nescio quid pollicentem. Cumque ex reciproca voce evigilasset, perterrita nimis, cepit mirari, quam esset haec visio. Interea venit tempus parienti, & pra magnitudine doloris coepit mater periclitari. Vocaverunt autem quandam religiosum presbyterum, boni testimonii virum, ut pro eadem orare deberet. Qui cum venisset ad eam, quasi propheticum mox ut uteretur verbum, ait ad illam: Noli, inquiens, mater timere: quoniam benedictum partum tibi Dominus dignabitur largiri. G Erit etenim vir sanctus, ac de gente sua electus, vocabiturque magnus in Ecclesia Christi sacerdos. B. Audoen. Roibonagen. Episc. in vita S. Eligii c. 2. apud Sur. 1. Decemb.

ALETH D. Bernardi mater, cum in ordine filiorum tertium Bernardum haberet in utero, somnium vidit, praesagium futurorum, catellum scilicet totum candidum, in dorso subrufum, & latrantem in utero se habere. Super quo territa vehementer, cum religiosum quandam virum consulisset, continuo ille spiritum prophetae concipiens, quo David de sanctis praedicatoribus Domini dicit; Lingua canum tuorum ex inimicis: trepidanti, & anxia respondit: Ne timeas, bene res agitur. Optimi catuli mater eris, qui domus Dei custos futurus, magnos pro ea contra inimicos fidei editurus est latratus. Erit enim egregius praedicator, & tanquam bonus canis, gratia linguae medicinalis in multis multos morbos curaturus est animarum. Quo responso mulier pia, & fidelis, quasi à Deo suscepto, lata efficitur, & jam nunc in amorem nondum nati tota transfunditur, cogitans sacris cum litteris erudendum tradere, secundum modum visionis, & interpretationis, quae ei de illo tam sublimis promittebatur. Quod H & factum est. Mox enim ut felici partu edidit, non modo obtulit eum Deo, sicut de aliis agere consueverat; sed sicut legitur de S. Anna matre Samuelis, quae petiit à Domino, & acceptum filium in tabernaculo ejus de sinavit perpetuo servitutum: sic & ipsa eum in Ecclesia Dei acceptabile obtulit munus. Guil. Abb. l. 1. vita ejus c. 1.

JOANNA S. Dominici mater sublimioris gratiae filium parturata, antequam conciperet, caelesti visione docta est de partu futuro. Vidit namque fe utero gestare catulum, ardente ore faculam ferentem: egressumque ab utero totum mundum flammis ab ejus ore prorumpentibus illuminantem. Ubi parienti tempus advenit, filium peperit staturum decus, & matris gaudium. Natus verò baptizatur in nomine Patris, & filii, & Spiritus S. & nutu ejus, cujus est nomen Dominus, Dominicus fuit appellatus. Matri quoque ejus spiritali nobilitatim, facer infans Dominicus in visu apparere, stellam luculentam in fronte ferens, cujus immodico splendore totus orbis irradiabatur. Porro

Potro mater puerpera cum accuratè domi filium enutritur, A & letabunda ad incrementa perducet, pacenti aliquando in cunis apum examen adfuit, & circa os volitans linguam ejus divinè sapientie melle afflaturam indicavit. Itaque vix dum infantem annos egreffus, exemplo piorum parentum templum crebro adire, & miro fervore in precibus perfiftere cepit. F. Theodoric. de Apollidia in vita S. Domitici. l. i. cap. 1. apud Surium c. Aug. 11.

Quid matri S. Columbani Abbatis contigerit, antequam fecum hunc in lucem ederet, non est silentio involvendum: Ipsa enim gravida cum efferet, nocte intempeſta, fopore deprefa, vidit è finu fuo rutilantem ſolem, nimioque fulgore micantem procedere, & mundo ingens lumen præbere. Experge facta deinde, cælo jam albefcente, accuratè tantam ſibi viſio vellet, ut ejus vim, & ſignificationem timerentur. Audivit tandem a peritis, ſe egregiè indolis præteritum ſuo utero continere, qui & ſua, & proximum ſaluti præclarè conſulturus fit. Poſtquam ergo mater cum edidit, tanta cura ſervavit, ut illis etiam, quorum habebat mores cognitos, & exploratos, vix cum credere, aut committere vellet, donec pubefcens, Chriſto duce, ſine quo nihil boni agit, bonis excolendis operibus animi applicaret. Nec immeritò è ſuo ſinu ſolem fulgentem prodire conſpexit. In Eccleſiâ enim, quæ mater eſt univerſorum, membrum tantquam ſol ſplenduit, dicente Domino: Tunc juſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Et Debora olim docta à Spiritu ſancto: Qui autem, inquit, diligant te, ſicut ſol in ortu ſuo ſplendet, ita rutilent. Jonas Abbas in ejus vita, cap. 2. apud Sur. tom. 6. 21. Novemb.

Mater quoque S. Villibrordi Epifcopi Trajecton. in tempeſta noctis quiete, cœleſte in ſomnis vidit orama. Viſum eſt ei, quali novam in cælo videret lunam, creſcente illa, uſque dum plena videbatur eſſe. Quam diligentiſſimè intuens, repente curſu lapſa ruit in os ejus. Qua devorata, ejus intima ſplendore perfuſa ſunt. Evigilans verò timore perterrita, cuidam religioſo præſbytero retulit ſomnium, illoque interrogante, ſi ea nocte, qua ei viſio facta eſt, ſuo more ſolito jungeretur viro, acceptaque ab ea ejus rei conſeſſione, ita reſpondit: Luna, quam ex modica vidisti in magnam creviſſe, filius eſt, quem in ea nocte concepisti: qui luce veritatis caliginos tenebrarum errores diſcutiet, & quocumque perrexerit, comitante ſuperius luminis ſplendore plenum ſua perfectionis ostendet globum: coruscantes rumoris ejus candore, & morum pulchritudine, multorum in ſe alliciet aſpectum. Factum eſt poſt circulum dierum, & mulier peperit filium, ſacroque ſonate baptiſmatis regenerato, impoſuit ei mater nomen VVillibrord. Albin. Flavicus Caroli magni præceptor, in vita S. Villibrordi, cap. 2. apud Sur. 7. Novemb. tom. 6.

S. BERNARDUS miratur, & ſtupet S. Victorem confeſſorem, cum adhuc in utero matris infans geſtaretur, pavori fuiſſe pavendis demoniis, quippe ab ipſis præcognitum, & jam tunc ex nomine deſignatum. Nec vacuum nomen, ubi hoſtium fuſſe, & extorta conſeſſio victoriam conceſſit infantulo. D. Bernard. ſerm. de S. Victore.

S. BIRGITTA in regno Suediæ orta, cum adhuc materno geſtaretur utero, accidit, ut Sigridis mater ejus in quodam mariſ ſinu naufragium faceret, cumque multi utriuſque ſexus ſubmergerentur, Dux regni Henricus, frater Regis Suediæ, videns illam in periculo verſatam, omnibus modis, quibus potuit, eam vivam ad litus perduxit. Eadem autem nocte illi adſiſſit perſona quædam veſte luculenta induta, dixitque ad eam: Salva evaſiſti propter donum illud, quod habes in utero. Itaque nutri illud pro Dei amore, ſciens ſpecialiter id tibi divinitus eſſe donatum. Nata autem puella, ſacerdos quidam vicinioris Eccleſiæ, vita integrè, & provecſtæ ætatis, qui poſtea factus eſt Epifcopus Abœnſis in Suediâ, inter orandum nocte vidit nubem lucidam, & in nube ſedentem virginem, in manu ſua librum habentem. Admirans igitur audivit vocem ejuſdemodi. Nata eſt Birgero filia, cujus vox mirabilis toto orbe audivitur. Ab ipſo autem ortu ſuo triennium ſere permanſit clinguis infantula, nec ullum edidit ſermonem. Sub ſinem vero triennii tam perfecte loqui cœpit, ut jam non infantum balbutientium more, ſed contra ejuſ ætatis uſum abſolutè ſua verba enunciaret.

In vita ejus apud Surium cap. 1. Jul. 23. tom. 4.

* ADMIRANDA QUORUNDAM INFANTUM ORIGO, ET NATIVITAS.

Quantus eſſet futurus D. Joannes Baptiſta, patet ex eo quod Zacharias pater ejus ob incredulitatem mutus, ubi ſcripſiſſet in pugillaribus nomen Joannis, illico apertum eſt os. Luc. 1.

HISTORICA.

Mater Anez Sylvii, matrona nobilis, cui Victoriz nomen erat, cum proxima eſſet partu, in ſomnis ſibi viſa eſt puerum ſe parere mitram capite geſtante, quæ, ut pronè ſemper in pejus mentes hominum ſunt, verita eſt, ne ſomnium illud pueri, & familiæ ignominiam port. nederet: neque prius potuit hujusmodi ſuſpicionem levare, quam poſtea intellexerit, ſilium ſuum Epifcopum Tergeſſinum deſignatum. Quo nuncio omni proſus metu liberata, immortalè Deo gratias egit, quod deſunctum meliore fato, quam ipſa cogitaverat, ſilium ſibi videre contigiſſet. Is poſtea fuit Pontifex maximus, quem Pii II. appellatione noſtra vidit atus. Aventin. in vita Pii 2. 19. Sub. l. 1. exemp. c. 1.

Adveniente hora, qua benedictus puer Suibertus à clarifiſſima genitrice nateſceret, ſubito totam regalem cameram, in qua felix Berta pareret, fulgor nimis replevit, ſtupentibus, & mirantibus cunctis: manſitque irreverberatis radiis protenſus, donec peperit ſilium ſuum: quo nato, paulatim claritas receſſit. Matræ verò illic cum obſtetricibus congregatæ, gloriſificantes Deum, quibus promulgatur magna claritas pie Comitiffæ. Marcell. Preſbyter in vita S. Suiverri Epifc. Werdentſis c. 1. Sur. 1. Mart.

Tempore Ethelredi Regis Merciorum, nobilis quidam regali progenie ortus, ex uxore ſua nomine Teſta S. Guthlacum ſervum Dei progenit. Ea vero hora, qua Dominus cum ſegregavit ex utero matris, cœleſti prognofico eſt deſignatus: manus enim quas hominis, rubri nitores, cœlitus miſta, & ad oſtium domus extenſa, ineffabili fulgore coruſcare viſa eſt. Quæ ſignaculo crucis oſtium muniens, felici præſiguravit auſpicio, quod ille ad ortum procederet, qui conſtanti perſeverantia Chriſti crucem in ſuo corpore circumferret. Hominum autem multitudine novitate miraculi ſtupefacta, accurrens, inaudita viſionis prodigium, magnum divinæ diſpenſationis fore miſterium aſſerebat. Cumque ſtupore magno, ſecundum varios animi motus, opinionibus ambiguis fluctuarent, una obſtetricum de dono egrediens, infantem jam natum proclamavit. Quo nato baptizatur, & Guthlacus vocatur, quod ſonant belli donum, vel bonum donum juxta idioma Anglorum. A Deo enim donatus eſt parentibus, ut contra oppreſſores eorum bella gereret, ac de illis cum victoria titulos triumphales reportaret.

HORTULANA S. Clara mater, prægnans, & partui jam vicina, cum ante crucem in Eccleſiâ Crucifixum attentè oraret, ut eam de partus periculo ſalubriter expediret, vocem audivit dicentem ſibi: Ne paveas, mulier, quia quoddam lumen ſalva parturies, quod ipſum mundum claritatis illuſtrabit. Quo edocta miraculo, natam infantulam ſacro baptiſmate renataſcit, Claram vocari juſſit, ſperans promiſſi luminis claritatem pro divinæ benedictio voluntatis aliquoties fore complendam. In vita ejus c. 1. apud Sur. tom. 4. Aug. 12.

Anno Domini 1051. ut auctor eſt Lambertus, quarto Idus Novembris, Henricus III. Imperator audus eſt filio, eidemque Henrici nomen imponi voluit. Sed plane magno Eccleſiæ damno hunc genitum prævidit per viſum, quo ipſum geſtante in utero Agnes Auguſta, nimirum ſe draconem parere viruſilentum, quod ipſum eadem ſape teſtata ſcribitur. ad auctore vitæ Mathildis, ejuſdem temporis ſcriptore, his verſibus.

Cujus erat mater Regina videlicet Agnes, Hunc in ventre gerens vidit, quod ſi draco, vorè In ſomnis infans. Hoc mulier retulit ipſa.

At quàm vera iſta fuerint, ipſa declarant. Baron. tom. 11. Annal. ann. Dom. 1051.

Mortuo Enecho Aſtiffa Navarra Rege, negavit Garſias ejus filius vir non minus integritate vitæ, quàm armis præſtans, qui uxorem duxit Urracam, ſecundam primariam, cum qua jam gravida, ac partui vicina, dum incautus per montes iter faceret, nec opinato hoſtium Arabum ſupervenientium inſultu oppreſſus fortiter pro fide dimicans interit. Accidit verò, ut digreſſis Barbaris, nobilibus quidam, cui Guevarra nomen fuiſſe aſſerant, qui à tempore Enechonis Aſtiffæ adhaſerat, Regi Garſiæ, ad eum locum fortè accederet, & infantem per vulnus

vulnus manum extendentem, & velut eluctantem conſpicaretur. Miſeratus utriuſque vicem, cæſo matris utero, eduxit infantem, ac domui ſuæ diligenter educavit. Quod non ſine teſtibus factum eſt, ut a quodam reſcripta poſſeret, factò fides conſtaret. Qui tranſiſtis infantia, & pueritia annis, cum ad adoleſcentiam perveniſſet, ætatem, & indolem ſtrenuis operibus ſuperabat, & ſuceſſit in regno Regi Garſiæ æta 918. Roderic. Tolet. l. 5. de Reg. Hiſp. ara 918. 19. 70. Vaſen. in Chron. 860.

* PUERORUM BONORUM INDOLES AB INFANTIA DEMONSTRATA. EX SACRA SCRIPTURA.

SALOMONIS ſapientiz futura non obſcurum fuit indicium, quod cum duodennis eſſet, & in ſomnis à Deo, quidquid vellet, petere juberetur non opes, non victoriam, non vitam longævam, ſed ſapientiam populo regendi petiſſet: dignus ob id, qui quod dormiens elegerat, conſequeretur. 3. Reg. 3.

Sapientiam ſuam clarè manifeſtavit etiam puer Jeſus duodecim annorum in Hieruſalem, ſedens in templo in medio Doctoꝝ, cum ſtupentes omnes, qui eum audiebant, ſuper prudentia, & reſponſibus ejus. Luc. 2.

Sed & Joſeph, qui illius erat ty pus, adhuc puer 16. annorum aculavit fratres apud Patrem ſive de peccato beatitatis, aut alio ſimili, variant enim Auctores. Quæ ſane ætas exprimitur, ut in tantillo puero tanta indoles caſtitaſ, & reliquarum virtutum intelligeretur.

De Tobia memorat Scriptura, cum eſſet junior omnibus in tribu Nephtali, nihil enim puerile geſſit in opere. Tob. 1.

HISTORICA.

De THEMISTOCLE Platarchus narrat, quod ceteris pueris ludentibus orationes mediaretur, ſic ut magiſter ei diceret: Te, o puer, parvum nihil, ſed magnum aliquod, aut bonum, aut malum futurum auguro.

Quanta futura eſſet Chriſti Domini potentia, patet ex iis, qua ſecit, dum venit in Ægyptum. Sozomeno teſte: Memorari, inquit ille, arborem eſſe, qua Perſis dicitur Hermopoli, quod eſt oppidum Thebaidis, cujus fructus, aut folium, aut particula aliqua corticis ægrotis adnota morboſa à compluribus depulſerit. Nam traditum eſt, Joſeph cum propter Herodem, aſſumpſit ſecum Chriſto, & Maria ſancta Deipara, fuſiſſet, atque veniſſet Hermopolim, ſimul ut portæ appropinquavit, ſtanti arbore, licet planè maximam adventu Chriſti curvatam eſſe, atque ad ſolum uſque ſe flexiſſe, & Chriſtum adorari. Atque hac quidem de hac arbore, ſicut à multis ad divi, à me commemorata ſunt. Quæ quidem, ſi quid ego judicavi, vel ſignificabant jam Chriſtum in urbe adeſſe, vel, ut eſt veriſſimum, non modo arborem, quam incolæ propter magnitudinem, & pulchritudinem lege gentilitia venerabantur, demoniam, qui ibi colebatur, ob Chriſtum talium rerum everſorem, qui in eo loco comparebat, perhorreſcente, ſua ſponte commotam eſſe verum etiam omnes Ægyptiorum ſtatuas, adventante tum Chriſto, juxta prophetiam Iſaiæ conculſas. Itaque damone inde abacto, arbor, quo rei geſtæ teſtimonio eſſet, remanſit ibi, fideleſque morbis liberavit. Sed & S. Athanaſius Epifc. Alexandrin. de incarn. Verbi. Idem habet Euſeb. Pamph. l. 6. de demonſ. c. 20. non tantum commota eſſe, ſed corruiſſe quoque ſimulachra Ægypti teſtatur his verbis: Quis juſtorum, aut Regum in Ægyptum deſcendit, & ejus deſcenſu idola in Ægypto ceciderunt? Abraham deſcendit, nihilominus tamen idololatria ubique viguit: matris eſt ibi Moyſes, æque illic hæſit religionis error. Et inferius: Ægyptiorum error non quievit: niſi Dominus omnium in corpore, quaſi in nube veſtus, eò deſcendiſſet, & idolorum errores compeſciſſet. Soz. l. 5. c. 21. biſt. & Niceph. l. 10. c. 31. Baron. l. 10. Annal. an. Chriſti 11.

S. AMBROS. Epifc. Mediolanenſis, cum in infantie ſibus cubi nutritis cura dormiens ſollicitè verteretur: aperto ecce ore, examen apum ſubito aſſiit, quod faciem ejus, & ora complevit, ita ingrediendū, & egrediendū vires frequentaret. Quod pater ejus cum matre, vel ſilia deambulans, ne abiceretur ab ancilla, quæ curam nutriendi infantem ſuſceperat, prohibebat: ſollicitè enim erat, ne infans noceret. Expeſtabat tamen patri aſſeſſe, qui vitæ miraculum illud clauderet. At ille poſt aliquandiu volitante, in tantam artem acclitidinem ſublevata ſunt, ut humanis oculis minime viderentur. Quo factò tertius pater ait: Si vixerit infantuſ iſte, aliquid magni erit. Poſthæc vero adultus puer, liberalibus artibus imbuitus, Mediolanum perrexit, ubi Auxentius Arianorum Epifcopus cathedræ non regendam, ſed dilaniandam tenebat Epifcopalem. Quo

deſuncto, cum ad electionem Epifcopi popularis fieret in Eccleſiâ conglobatio, ecce quidam infans acclamabat Ambroſium Epifcopum. Ad quam vocem, & omnis illa conventio ſimiliter acclamabat Ambroſium Epifcopum. Quod non humanis id fieri credendum eſt voluntatibus, ſed divinis, ad ſalvationem, & creptionem fidelium de adverſariis noſtris falciendis, qui tanquam leo rugiens querit, quem devoret, inſpirationibus. Qui dum ſe multis voluſſet occultare argumentis, & à tanto honore deſistere, tandem ſeparatus ad laicordalem ab omni populo, & Clero divinitus electus eſt dignitatem, & Catechumeno per ſingulos gradus Eccleſiaſticos proſiſcens, octavo die ab omni Catholicorum, divina annuente clementia, conſenſu eſt conſecratus Epifcopus. Baron. 10. 10. an. 862. ex Nicol. 5. Papa in ep. ad Pho.

S. EPHREM ex Oriente oriundus, genere Syrus piis parentibus in Edeſſa natus, vixit temporibus Conſtantini Magni, & aliorum, qui poſt ipſum regnarunt, abſtinens puer ab omni re mala. Cujus parentes, eo adhuc puero, per ſomnium conſepserunt, quod ex ore ipſius vitæ accenderet valde frugifera, qua exercebat, & replebat omnem ſub cælo regionem: veniebantque cuncta volatilia cœli, & comedebant de fructu vitæ, & præter qua comedebant, adhuc ſuperabat fructus. Quo in ipſo Ephrem vera apparuerunt, dum oris ejus, ac vitæ fructus per univerſum orbem replendunt. De quo & illud memorabiliter dicitur, quod ab Angelo viſus fit librum aureis cõſcriptum litteris aliquando recepiſſe, quem nemo præter eum aperire meruit: unde mox poſtero die, & deinceps, loquente in eo Spiritu ſancto, tantam dicendi, ac declamandi gratiam habuit, ut nullam ſibi ſimilem ſuo tempore inveniret. In vita ejus ex eod. grec. Anonym. per Cœſar. Vaſſum. Præpoſ. Tungr. c. 1. m.

LAUDINA Comitiffa S. Elzearii mater, ubi partum hunc primogenitum edidiſſet, eadem hora ferventi devotione, & gratiarum actione obulit eum Deo, dicens: Domine Deus, ad cuius imperium exiſtunt creaturæ omnes, gratias tibi ago pro hoc filio, tua benignitate mihi donato, reque humiliter oro, ut eum tibi ſervum accipias, & tuæ benedictionis gratiam elargiaris. Quod ſi tu illum noſtri fore divinè voluntati tue rebellem, ubi ſacro baptiſmate erit candidatus, illum ſine mora tollas è medio: fatius enim eſt eum innocentem, & nullis propriis auctum meritis tecum vivere, & mundo emori, quàm in hac mortali vita tuam offendere majeſtatem. Ut autem Deus oſtenderet, ſe hoc facrificium accepiſſe in odorem ſuavitatis, tantam pietatem infantis illius in ipſis incubulis inſtilavit, ut cum nec dum trienni atatem compleviſſet, erga Chriſti pauperes mirabili commiſeratione aſſeretur: nam cum bajularum brachiis portaretur, in caſtri Auſulii porta ſæpe pauperes humaniſſimè intuens, nullo pacto progredi volebat, immò verò etiam ſine intermiſſione acerbe plorabat, niſi illis præſtita eſſet elemoſyna. Atque ea cauſa nutritus ejus vel lacturæ panem in caſtrum redibant, vel ſecum ferebant, ut illi infanti ſatis faceret. Cumque pauperes accepiſſent elemoſynam, lætus, & alacer tranſibat. In vita S. Elzearii Comitiffæ Ariani c. 3. apud Sur. 27. Sep. 10. 5.

Stephanus Dienſis Epifcopus, qualis quandoque futurus eſſet, ab ipſis incubulis lignis quibudam oſtenſum eſt: conſtat enim, eſſi fortaliſſis incredibile videatur, eum adhuc infantem, cum nutritis lacte aleretur, ſextis feriis proſus eam alimoniam recuſaſſe, uſque diebus jejunium permanſiſſe. Quod ubi parantes, & noti didicere, & ſuis quoque oculis contpexere, manum Domini jam in eo operari cernentes, quod olim de beatiſſimo Domini baptiſta dictum fuit, cogebantur etiam ipſi dicere: Quis putas puer iſte erit? In vita ejus apud Sur. 7. Sept. c. 1.

Simile omninò eſt, quod de S. Nicolao Myrenſi Epifc. legitur. Compertum enim eſt, illum, cum reliquos dies, nocteſque omnes nutritis ubera ſugere crebro, quarta tamen, ſextaque feria niſi ſemel dumtaxat, & id veſperi quidem, læc voluſſe guttare. Atque hoc ſemper certo, immotatoque ſervavit ordine, ut nullis poſſet blanditiis, nullo nutritis lenocinio, nulla naturæ, neceſſitate à jejunio coopto deſteſſi. Quamobrem vel improportate, non fortuito illud, ad intemperie ſtomachi factum eſt: ſed quæ conſulto, & Dei aſſiſtente ſpiritu. Leonard. Juſtinian. in vita ejus c. 2. apud Surium, 6. Dec.

De CATHARINA SVEDECA S. Birgitte filia, in ejus vita habetur, quod cum adhuc in cunis verſaretur, futura ſanctitatis ejus indicia non obſcura divinitus oſtenſa fuiſſe: nam adhibita illi nutritæ, ejus ubera ſugere noluit, læc vitæ ejus turpitudine, ut probabilis eſt conjeſtura, abſtertia. Porto ſanctæ matris ſuæ, & aliarum pudicarum mulierum ubera citrà horro-

horrore fugebat, ab incontinentibus feminis cum lachrymis, & vagitu proflus abhorrens. Postquam autem ablata est, tradita est Abbatissa Rifabergenfi. Accidit interea ut Abbatissa nocturna de preces offerente, puellam dormientem malus demon, sumpta bovis cornu per speciem, è lectulo cornibus excuteret, & femivivam proflerent in pavementum. Dat illa gemitus miserabilis, & repente accurrens Abbatissa, feminoriam in suo reponit sinu. Apparet illi terribis demoni quom libens, inquit, illam jugularem, nisi fuisset à Deo negata facultas. In vita ejus. c. 1. apud Sur. 12. Mart.

CONSTANTIA LAUDATA.

CATO Uticensis, cum puer adhuc à Drufo avunculo educaretur, Latini de civitate impetranda adhuri. Q. Pompejus Latinorum princeps Catonem oravit, pro focis apud avunculum intercederet, ut id, quod peteret, facilius impetrarent. Verum Cato puer se facturum hoc negavit, cumque semel, iterumque interrogatus, omne denegasset officium. Pompejus in excelsum domus partem elevatum se precipitatum minatus est, ni precibus obtemperaret. Verum cum civis intelligeret, nec sic puerum moveri potuisse egregiam ejus indolem laudans altissima voce clamavit: Gratulemur Latini nobis hunc esse tam parvum, quo Senatore, ne sperare quidem civitatem licuisset. Plus, in Catone.

Pugillares.

Consule Locum de Descriptione Tit. Genera Scriptionis. Item Locum de Sirena.

Pugna.

Vide in loco de PRAELIO. STRATAGEMATE, &c.

* Pulchritudo.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Pulchritudo, Graecè καλοσύνη, Hebr. שִׁפְיָה, Prov. 3. 1. v. ante-penult. & Psal. 45. à verbo שִׁפְיָה, pulcher fuit, formosus, speciosus. Cognationem habet cum שִׁפְיָה, estultus. Est autem pulchritudo corporis quaedam apta figura membrorum, cum coloris quadam suavitate, secundum Cic. lib. 4. Tuscul. 9. Pulchritudo, ait August. 1. 1. de Civit. Dei bonum corporis sed Dei est donum, ac propterea id etiam largitur malis, ne malum, bonum videatur bonis.

CADUCA, ET FRAGILIS.

Adfirmat id, & exemplis confirmat. Ovid. 1. 15. Metam. fab. 3. Labitur occiduae per iter declivis senectus. Subruit haec aevi, demoliturque prioris Robora: sitque Nilon senior cum spectat inanes illos, qui fuerant solidorum more ferarum Herculis similes, fluidos pendere lacertos. Flet quoque ut in speculo rugas conspexit aniles Tyndaris, & secum cur sit bis rapta requirit. Tempus edax rerum, tuque invicta vetustas, Omnia destruitis, vitiatque dentibus aevi, Paulatim lenta consumitis omnia morte.

Nece licet Ovid. 13. Trist. Eleg. 7. Ista decem facies longis vitabitur annis, Rugaque in antiqua fronte senilis erit, Initietque manus forma damnosa senectus, Quae spreto passu non faciente venit. Cumque aliquis dicit: fuit haec forma, & dolens, Et speculum mendax esse querere suum.

Seneca in Hippolyto. Aeneas forma bonum mortalibus Exigui donum breve temporis, Ut velox celeri pede laberis: Non sic prava vere novo decoreta Effatis calida dispoliat vapor, Servit solstitio cum modicus dies, Et noctem brevibus precipitat rotis, Languescunt folio lilia pallida, Et gratæ capiti desciunt rosae; Ut fulgor teneris, qui radiat genis Momento rapitur, nullique non dies Formosum coris spoliis abstulit. Res est forma fugax.

PERICULOSA.

Varia forma pericula enumerat Juvenalis Satyr. 10. ubi E ita scribit: Filius autem

Corporis egregii, miseris, trepidisque parentes Semper habet, rara est adde concordia forma. Atque pudicitiae, sanctos licet horrida mores Tradidit domus, ac veteres inuita Sabinos, Praeterea casum ingenium, multumque modestum Sanguine ferventem tribuit natura benigna. Larga manu: quid enim puero conferre potest plus Custodia, & cura natura potentior omni? Non licet esse viros: non prodiga corruptoris Improbitas ipsa audeat tentare parentes. Tanta in numeribus fiducia, nullus ephebum Deformem seva caltravit in arce tyrannus. Nec pretextum rapuit Negro loripedem. Strumsum aquis utero pariter, gibboque tumens. Nunc ergo juvenis specie latere tui, quem Majora expectant discrimina, fiet adulter Publicus, & penas metuet quascunque marito Exigere trahi, nec eris felicio astra. Mavis, ut in laqueo nunquam incidat? exigit autem Interdum ille dolor plus quam lex ulla dolori Concessit, necat hic ferrò, secat ille cruentis Verberibus, quosdam mactos, & mugilis intrat. Sed rursus Endymion dilectae fies adulter Matrone mox cum dederit Servilia nummos, Fiet, & illius quem novat eruet omnem Corporis ornatum: quid enim nulla negaverit udis Inguibus, sive est haec Hippia sive Catalla: Deterior totos habet illic femina mores Sed casto quid forma nocet? quid profuit olim Hippolyto grave propositum? quid Bellerophonti? Erubuit nempe haec ceu falsidica repulsa, Nec Stenoboa minus, quam Cressa excanduit, & sa Concussere ambae: mulier se vilissima tunc est, Cum stimulos odio pudor admoveat.

Idem sentit Euripides quando dixit: Καὶ τὸ δὲ θυγατρὶ. Pulchritudo, res infelix.

COMMENDATIO.

Nobilitatis, & pulchritudinis species, atque consideratio ea vi pollet, ut prae donum ipsorum corda emolliat, moreque ceteros ducat in obsequium. Heliod. 1. 1.

Forma praestantia, & excellentia multum addit ad proceritatis speciem. Idem 1. 2.

Pulchritudo nec sub terram occultata latuerit, sed etiam illinc in lucem prodiret. eod. l.

Fortuna corporis, oris dignitas, frontis gravitas, vultus majestas, fulgor, vigor, ac lumen oculorum, spectantes movet, tenetque, ac admonet: quamvis species primi à summo artificis initio rerum creati hominis fuerit, qualesque quicumque iusti fuerint, futuri sint in illa felici immortalitate. Quod si corporis pulchritudo tanti est, ut quodam sui miraculo reliquos afficiat, quid sentiendum est de illa pulchritudine, nempe de iustitia, quae Regem superis facit simillimum. P. Emil. 1. 8.

Magnam vim habet ad conciliandam aspicientium benevolentiam forma venustas. P. Jovius hist. 1. 4.

Formosus etiam barbarice manus venerat: & ad amabilem aspectum immanis oculus mansuevit. Idem 1. 5.

Quid excolis formam? cum omnia fecerit, à multis animalibus decore vinceris. Sen. in epist. 125.

Sicut forma pictura est, cujus nulla pars errat: sic & formosus homo, in quo nulla peccata macula est. Idem in Prov. H.

Forma dignitatis aut morbo delectat, aut veculitate extinguit. Sic. 1. 4. Rhet. novorum.

SOCRATES Philosophus ultro etiam suasse fertur discipulis suis, crebro, ut semet in speculo contemplantur, ut qui eorum foret pulchritudine sibi complacitus, impendio procuraret, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret: qui vero minus commendabilem se forma putaret, ut virtutis laude turpitudinem tegeret. Lucius Apuleius de Magia, 1. 1.

DIOGENES cum vidisset quendam decorum facie, & moribus inhonestum, ait: O quam bona domus, & malus hospes! Laert. Diog. de vita, & moribus Philos.

Εὐταίη τὸ καλὸν. Lauda pulchra. Perianther. APOPHTHEGMATA.

AGESILAUS scilicet, cur Spartani comam alerent? Quoniam inter ornamenta, dixit, minimo constat. Stob. serm. 63. de Pulchritudine.

Aristod.

Aristot. dicebat, pulchritudine homines quavis epistola magis commendari. Stob. eod. serm.

Idem, Interroganti cur quae pulchra sunt, amarentur? Caeci, dixit, haec interrogatio est. Ibid.

XENOPHON, Ignis, inquit, tangens solum urit, pulchri vero etiam procul distantes inflammant. Vitis enim veluti ania est capiendi amoris. Plut. lib. de amore, apud Stob.

PLUTARCHUS Nonne, inquit, hominum natura ex corpore, & anima composita est? An verò alterutrum nobis sufficit? Sed quo modo id fieri possit? Corpus enim nisi anima uteretur, non viveret: neque anima existeret, nisi haberet, cui initeretur. Cum igitur utraque cognatis sibi virtutibus ornentur, anima quidem, iustitia, temperantia, prudentia: corpus autem viribus, forma, fanitate: non admiratione dignum fuerit, corporeis neglectis, solum animae bona recensere? Stob. ser. 63.

Idem, In speculo, inquit, te contemplantur: & si pulcher appareas, ea fac, quae decet pulchrum: sin deformis, id quod faciei decet, honestate morum supple. Anton. & Max. serm. de pulchritudine.

LEUCIPE, Pulchritudo, inquit, acutius telo vulnerat, & per oculos in animam desluit. eod. serm.

DIOGENES, Pulchros, & eosdem imperitos, alabastris accent continentes similes esse dicebat. Ibid.

ETIOECLES, euidem ob pulchritudinem gloriant, dixit. Non pudet se superbire ob speciem pulchram, tibi ad exitum tempus commisit. Ibid.

ISOCRATES Si pulchrum tibi corpus est, inquit, & anima mala, nam navim habes, & malum gubernatorem. eod. serm.

Dignitas, & virtus ex facie statim elucet, exemplum habemus in Ulyssè. Eum enim naufragio eiecit in litore, nudum vestibus, virtute tamen ornatum, Phaeacum multitudo conspiciens, ceteris fortunatis Phaeacibus venerabiliore admirata est. Quamobrem, & Poetarum princeps Homerus subdit: debere virtutem mortalibus esse curae.

Alterum Trajanum, qui cum Agarenos in urbe quadam obsideret, murosque sine regio ornata, ut hostem falleret, circumfisset, generosa canicis, & oris majestas principem prodidit: in quem igitur hostes, quem Regem suspicari erant, fugitantes frequenter coniecer, quarum tanta vis fuit, ut qui pone Caesarem sequebatur, transivis fuerit. Siquidem teste Q. Curtio 1. 6. de gestis Alex. Mag. hominibus barbaris in corporum majestate veneratio est, magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie donare fortuna dignata est.

Suetonius quoque de Tito Vespasiano scribit, quod in puero corporis, animique dotes explenderent, forma egregia, & cui non minus auctoritatis inesset, quam gratiae.

Sic legimus, C. Martium, à Minurmenisbus percussorem inimicum vultus auctoritate deterruisse, ob eamque rem incolorem dimissum, ut testatur Plinius.

Ratio etiam naturalis persuadet, quod pulchritudo nascitur ex bonitate interni temperamenti, quod maxime fultit in corpore Christi, cujus pulcherrimum vultum describit Niceph. 1. 1. hist. c. ult. Exstantque expressae imagines vel ab ipso meto Christo, ut proditum est de imagine missi Abagaro, & quam dederit Veronica, de qua Baron. tom. 1. Annal. vel à Luca depicta, de quibus Niceph. 2. hist. c. 43. & 1. 14. c. 2. Metaphrasas in vit. Lucae.

Tanta est in corpore, & animo humano cognatio, ut iis pleureque insint praestantissime animi dotes, qui forma corporis antecellunt. Eius species simulachrum est mentis, figura probitatis. Ambros. de Virg. Et natata ipsa magnis mentibus domicilia corporum digna metitur.

Cum venerit animus fingit habitaculum pro habitu suo, ut ante fol exortiens praeiit fulgorem, qui cacumina montium illustret, uberioris lucis specie: ita splendescenti animo praesulget in superbie corporis decor, ipem afferens multo melioris. Letanius Patavicus Panegyric. ad Theodos.

Tritum est illud Euripidis: faciem esse dignam imperio. Et Lucr. 1. 15. ait, in constitutis regibus faciem multum valuisse.

Idem prodit Q. Curtius 1. 6. nec non verum illud. Gravior est pulchro veniens è corpore virtus.

PITHAGORAS, ISOCRATES, PLATO, ac scholas deformes non amabant.

LYCURGUS longius amandabat. Lex quoque Moysis aerebat à facris.

Certe Aug. 1. 1. de Civ. Dei c. 23. ait, consuetudinem Scripturae esse speciosum corpore bonos vocare, quod Graecis familiare est, idem dicentibus esse καλὸν, καὶ ἀγαθόν, & illud qui-

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

dem dici quasi καλὸν καὶ ἀγαθόν quoniam permulceat, sic, Dionys. c. 4. de divin. nom. hoc quasi id est καλὸν καὶ ἀγαθόν, ad quod E omnes currimus. Tales fuerunt in facris litteris, Joseph, Saul, David, Absalon, Salomon, & innumerabiles alii.

VIRO NEGLIGENDA.

Forma viros negligenda decet: Minoida Thebes Abstulit à nulla tempora comptus acu.

Hippolytum Phaedra nec erat bene comptus, amavit, Cura dea sibi aptus Admiserat.

Munditia placeant, suscentur corpora campo, Sit bene conveniens, & sine lae toga.

Linguae nec rigeat, caveant rubigine dentes, Nec vagus in laxa pes tibi pelle nater.

Nec male deformet rigidus tonsura capillos, Sit coma, sit dacta barba vesca manu.

Et nihil emineant, & sint sine sordibus ungues, Inque caros nullus fiet tibi nave pilus.

Nec male odorati sit visus anbelitus oris. Nec ledat nares virque habere virum. Idem Ovid. epist. Phaedra ad Hippolytum: Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos: Nec tua mordaci punice crura teras.

Et rursum. Sint procul à nobis juvenes, ut femina compti: Fines coli modico forma virilis amat.

Nec incite Diogenes, cum adolefcens quidam comprior propoluissest quasiunculum; non prius, inquit, responsum suum, quam sublati vestibus ostenderis, utrum mafculus sis, an foemina: ex cultu parum virili notans ejus molliorem. Laert.

Cicero 1. 1. Officior. duo pulchritudinis genera constituit; quorum in altero venustas sit, in altero dignitas. Venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. Ergo & à forma removeatur (inquit) omnis viro non dignus ornatu: & huic simile vitium in gestu, motuque cavetur.

Et paulò post: Adhibenda est munditia non odiosa, neque exquisita nimis, tantum quae fugiat agrestem, & inhumanam negligentiam.

QUAE PULCHRITUDO MULIERUM

POTISSIMA.

CRATES Philosphus dicebat. Ornatus est, quod ornat. G Ornatus autem, quod mulierem compoliorum, ac modiciorum facit. At hoc nec aurum, nec smaragdus, nec purpura praestat: sed quaecumque gravitatis, modestiae, & pudicitiae significationem habent.

ARISTOTELES minori cultu, apparatuque mulierem uti debere censet, quam leges, ac mores civitatis praescribit. Quippe quam considerare convenit, quod nec vestimentorum nitore, nec excellentia formae, nec auri copia tantum valet ad mulieris laudem; quantum modestia in rebus, ac studium honeste vivendi, & cum decore.

Justin. hist. lib. 30. refert Pythagoram matronarum doctrinam separatam à viris habuisse. Nam decebat eas pudicitiam, & obsequia in viros: hos verò modestiam, & litterarum studium. Inter haec velut genitricem virtutum frugalitatem omnibus ingerebat: consequiturque assiduitate disputationum erat, ut matrone auratas vestes, ceteraque dignitatis suae ornamenta, velut instrumenta luxuria deponerent: pronuncians vera ornamenta matronarum, pudicitiam, non vestes esse.

Pulchra est illa Plauti sententia: Nequaquam ornata est H bene, si morata est male. Pulchrum ornatum turpes mores pejus ceno collinunt.

Quid attinet hi subjungere, quae Terrull. lib. de habitu muliebri, & de cultu feminae, Cyprian. lib. de disciplin. & habitu Virgini. Ambros. de Virg. lib. Hieron. ep. ad Letam, ad Euteriam, ad Eustochium, Chrys. passim, & alii, de haec re eruditè, & pie tractarunt? Unus tantum parafenit subicimus: Prodit igitur vos, ait, jam mentes de simplicitate candorem, de pudicitia ruborem, de pietate oculos verecundia, & spiritus tractumitate: inferentes in aures feronem Deiannecentes cervicibus jugum Christi; caput maritus subicite, & latis ornatae eritis. Manus laeis occupate, pedes domo figite, & plustquam in auto placebit. Vestite vos serico probitatis, & byffino sanctitatis, purpura pudicitiae. Taliter pigmentata, Deum habebitis amatores, &c.

Consulatur Locum de Forma, Fuce, Formosi. Ggg * Pupi-

* Pupillus.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

PUPILLUS quem *opponis* appellant Græci, est impubes, qui in patris potestate esse desit morte, vel emancipatione, ut docet Pomponius L. Pupillus, Dig. de verb. significat.

S. Hieronymus hoc distat pupillum, & orphanum dicit, quod pupillus sit, qui non habet patrem: Orphanus, qui nec patrem, nec matrem.

Videatur autem hæc vox derivari à Pupus, & velut per diminutionem deducti, quamvis à significatione primitivi non nihil degeneret.

PUPILLORUM CURA. TUTELA.

Deus in veteri lege inter alia præcepta moralia, etiam istud dedit, viduæ, & pupillo non nocbitis. Exod. 22. Ad idque. Si laferitis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum. Iteum. Eccl. 4. In iudicando esto pupillis misericors ut pater.

Quantam autem eorum curam Deus gerat, patet ex hoc, quod Joseph patriarcham à fratribus venditum, matre mortua, & à patris potestate detractum, foverit, eique propitius exiterit in omni angustia, & tribulatione.

MOSI à parentibus in flumen eiectione fuscitavit filium Pharaonis, quæ parvulum excepit, aluit, & in filium adoptavit.

ESTHER regina Mardocheum habuit tutorem, & Regina effecta est, ac Deus benefecit illius intuitu Asuero, dum consiliis Mardochei à summo vite discrimine eximitur.

S. NICOLAUS Miræ Episcopus, pupillis auxilio etiam fuit, quando ut tres filii nobiles, quarum pudicitia profuturæ erat, pecunia per fenestram injecta, quæ illarum doti sufficeret, honestis viris traderentur, causa fuit.

Quin summam erga pupillos providentiam S. Carolus Borromæus exercuit, qui quotannis solitus pauperiores filias, quæ ad secularia vota transire volebant, in matrimonium collocare, & luculenta dote ad onera familiæ sustinenda subvenire. In vita.

Insignem interim Dei erga eosdem curam, & sollicitudinem arguunt historici eorum, qui cum à parentibus deserti, atque expositi essent, omnique humano præsidio destituti, à bestis nutriti, atque educati leguntur. De qui. Vide Locum educ. à best.

IMPIETAS PUNITA.

Gravissimè ergo delinquant, qui pupillos opprimunt, & non timentur.

Sic peccavit Pharaon Rex Ægypti, quando parvulos omnes Hebræorum maculosos iussit occidi, & totum populum Israhelicum supra vires laborare cogit, & ab exactoribus operum verberari, ac flagellari, si quando non implerent opus, quod tyrannicè imperabat. Exod. 3. & 14. Quod peccatum clamor in caelum, ut habetur Exod. 30. Et graviter punivit Deus oppressionem illam, ut habetur Exod. 22.

David in quadruplum jubet reddi ovem, quam à paupere dives vi acceperat, ad excipiendum amicum. 2. Reg. 13.

In Prov. 6. 23. dicitur, In agris pupillorum ne irruas, nam vindex eorum fortis est, is patrociniū suscipiet causæ illorum.

Cresphontes in divisione regni Hæseniorum deceperat pupillos hæredes filios Aristodomi, & in eis illud transtulerat. Ob quam fraudem, qua orphanos deceperat, à civibus interfectus est. Pausanias.

* Purgatio.

IN GNERE.

* Item PURGATIO CANONICA, ET VULGARIS.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

PURGATIONIS vox notam habet significationem, denotat enim emundationem, sordium extinctionem, nitorem, & puritatem; purgo enim dicitur quasi purum ago. Unde purgatio *adhibetur* Græcè. Transferitur autem per quandam similitudinem, ad significandam innocentie ostensionem, aut criminis objecti detestationem.

Hinc Purgatio Canonica dicitur ostensio innocentie de objecto criminis, juxta factorum Canonum decretum facta. Ita Sylvest. V. Purgatio. Vel quæ regulis Ecclesiastici Juris est consentanea.

PARTITIO.

Canonica Purgatio duplex est, una per Jusjurandum, quæ Concilio Tribuniensi probatur, c. si quis presb. 2. q. 4. & testatur Cromerus 1. 19. bis. Polon. se Sophiam reginam de iustro accu-

satam, suo & 7. honestissimarum matronarum iurejurando purgasse, sic ut etiam quoad laicos obtineat.

Quoad Ecclesiasticos, patet ex consuet. Greg. Magni, qui varios Episcopos sic se iussit purgare. c. presb. cum 4. seq. d. b. 4. Atque idem statuit Alexander, Innocentius, Leo, Item Sixtus III. & Leo III. idem sanxere c. mandasti. c. auditum, & Pelagius, ut scribit Sigræ. Altera est per summationem SS. Eucharistie, quam Honoratus impuro ore vocat furiose explorationis speciem comment. de fœdis. Verum veteribus Germaniæ decretis probata fuit hæc purgatio, & alibi observatum voluit, ut in monasteriis, fratres se communionem Domini corporis expurgerent, immò si Episcopo, vel Presbytero maleficium imponatur, hoc modo se purgare jubentur. C. si Episcopo ibid.

Nec desunt exempla optimorum Pontificum. Siquidem Nicolaus Regem Lotharium, qui contra pacta adulteram in thalamum reduxerat, pro combustione innocentie, tam Regem quam optimates ad examinationem corporis, & sanguinis Domini invitavit, quod illi temerè acceperunt: at Rege in itinere Placentia statim moriente, etiam reliqui intra annum mortui sunt. Sigræ. in Chron. anni 876.

Imperator Henricus quamvis moribus impiis, exhorruit tamen simile sacrilegium committere, postquam à Gregor. VII. sancto Pontifice, quem simonia, aliorumque criminum iniimulaverat, ad id invitarat. Narrat proximè historiam, esse verè memorabilis. Delrio, 1. 4. c. 4. q. 3. disquis. misic. c. Lamb. Schaffnaburgensi. & accidit anno 1077.

* VULGARIS PURGATIO.

Vulgares Purgationes dicuntur illæ disquisitiones, quas vulgi usurpatio, & superstitiosa observatio introduxit, immò pleraque per Canones vetite, quibus eventu fortuito, veritas culpæ vel innocentie decidenda permittitur, vocantur à Latinis exploratoria probationes, & Barbaro vocabulo in consuet. Neap. Leges paribiles: eo quod rem non sciri, fed appareat tantum faciant, ait Delrio supra.

Talis purgatio est, quoties proficit à Deo miraculum, veluti si quis innocentie confusus, petat se percuti gladio ad probandam innocentiam, ut factum in scemina septies ida, de qua Hieronym. in Epist.

Sunt, qui invocant ad iudicium divinum, ut nempe Deus ultionem accipiat, aut statuto tempore ad comparandum coram illo persequentes se citant, de provocatione diximus multa. Tit. de appellat. & videat Lector Delrium supra sed. 1.

Fuit olim frequentissima purgatio per monomachiam Geterum Palæstinis usitata: fuitque maximè in usu post Barbarorum in Italiam irruptionem, apud Longobardos, Germanos, Francos, Hispanos ob quodvis grave crimen obiectum. Vide latè Delrio supra c. 4. sed. 4. & in hoc opere, de Daello dicitur.

Vulgaris etiam fuit olim purgatio per ignem, puta contritionem ferri candentis, aut chirothecæ æneæ, incessionem per prunas, aut togam. Vide etiam Delrium supra sed. 3. & Locum de ignis opere.

Etiam alia quibusdam adhuc in locis adhibetur per aquam sive calidam, sive frigidam, idque ex mala imitatione poculi *velocypæ*, quod apud Judæos Moyses introduxerat. Videatur Delrius, & hic Locus de Magia. Legatur etiam Lessl. 2. de iust. c. 45.

Idem Delrius e. 6. supra, plures alias vulgares probationes adducit, & quid de his sentiendum, docet: ad quem recurrit, qui plura de eo argumento desideraverit.

* Purgatorium.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

CATHOLICORUM de Purgatorio sententia est, quod sit locus subterraneus, sive ut loquitur S. August. in Enchirid. c. 109. receptaculum, in quo quæ continentur anima, medium quendam statum habent inter felicitatem electorum, & damnationem reproborum. Ita ut, ex quo in hac vita non plenè satisfecerunt pro peccis temporalibus, peccato autem debitum, culpæque levioribus cum quibus nemo in caelum introire potest; hic plenè purgantur, & satisfaciunt.

Et quidem talem animum statum esse, luculentissimè à Catholicis demonstrari potest, ita ut merito illius assertio de fide pronuntietur.

EX SCRIPTURA S. TESTAM. VET.

Historia sacra Machabæorum. 12. c. 12. memorat, Judam Machabæum fortissimum Principem, collatione facta, misisse 1200. drachmas argenti Hierosolymam, offerri pro peccatis mortuorum sacrificiis: & subiungit Sancta ergo, & salubris est cogi-

cogitatio, pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur. Tam Argo Judas, quam Scriptura agnoscunt eo tempore talem animum in statum, quo à peccatorum reatu poterant solvi. Idcirco enim pro his sacrificium offerri voluit, quos tamen cum pietate dormitionem accepisset sperabat; quod tamen, ne qui peccata dormitionem accepisset peccatum in futuro eorum, qui ceciderant, propter aliquid peccatum in futuro faculo punirentur. Libros autem Machabæorum teste S. Aug. 1. 18. de Civ. Dei, c. 36. non quidem Judæi, fed Ecclesia pro Canonibus detentæ, unde argumentum, quod ex illis petitur, firmissimæ autoritatis haberi debet.

Sed & apud Zachariam de Christo pronuntiat: Tu autem in sanguine Testamenti tui eduxisti victos tuos de lacu, in quo non est aqua. Qui locus aptè intelligitur de liberatione animarum à Purgatorio, quæ verè dicuntur victæ, & carere detentæ, per Christum ad inferos descendentes, & inferni quoque dolores solventem, facta juxta S. August. 1. 12. in Genesim, c. 33. Zachariæ c. 9.

Testimonium ex lib. Tobia, Videatur Infra de Suffragiis, sub Eleemoſyna.

EX TESTAMENTO NOVO.

CHRISTUS apud Mattheum de variis peccatorum generibus verba faciens, dicit, esse peccatum in Spiritum Sanctum, quod non remittitur neque in hoc sæculo, neque in futuro. Ex quo colligitur Sancti Patres, quædam in futuro remitti, quod cum fieri necesse in celo, in quo nihil coquinatum ingreditur, neque apud inferos, ubi nulla est redemptio: agnoscent consequenter medium locum, sive statum, ubi fiat. Et non alio testimonio utebatur D. Bernardus adversus hæreticos Purgatorio negantes. Loge B. August. 1. 21. de Civit. Dei. cap. 24. Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 39. Bedam in cap. 3. Mar. Bern. om. 66. in Cant. Matthei cap. 12.

Idem Dominus hoc ipsum more Palæstinorum sub parabola insinuat, dum dicit: Esto conscientens ad verfarium tuo cito, dum es cum eo in via, ne forte tradat te ad verfarium Judici, & Judex tortori, & mittaris in carcerem. Amen dico tibi, non exisibis inde, donec novissimum quadrante reddas. Adversarius est Dei lex adversa carni præcipiens, idcirco quoad in hac vita mortali vivit, conetur omnibus modis Deo, ejusque legi satisfacere, prorsusquam in morte Judici traditus ad Infernos rapiatur. Unde si debitum insolubile fuerit, nunquam exiredierit: si autem exiguum, & solubile, exibat quidem aliquando, sed non prius, quam etiam per minutissimam culpa satisfecisset. Ita Tertullian. lib. de anima cap. 17. Cyprian. lib. 4. Epist. 2. Origen. Emil. 25. in Lucam. Ambros. in c. 12. Lucæ. Hieron. clarè & aperte in cap. 5. Matthei. Bernardus etiam clarissimè Sermon. de obitu Hubert. Matthei. cap. 5. Lucæ c. 12.

Paulus Apostolus luculentè id ipsum Corinthiis demonstrat, apertissima ad eam rem similitudine usus. Dicit enim, diem Domini, qui est dies Judicii, in igne revelandum, qui cuiusque opus probabit, quod per aurum, argentum, & lignum, ferreum, & stipulas distinguit, & insinuat per priora quidem, opera bona; per posteriora verò, opera mala, cum gravia, tum levia. Itaque ille ignis singulorum opera explorabit: bona quidem non attingendo, sed pura & illæsa conservando; mala autem per lignum, ferreum, & stipulas significata, utendo, hoc est, eos, qui venialia commiserunt, à quibus necdum purgati, puniendo. Ipse autem inquit, salvus erit sic tamen quali per ignem. Patietur ergo, & punietur talis, sed sicut is, qui ex incensa domo elabatur, ita & ii, qui levibus maculis asperguntur, & purgatorio igne expiantur. Atque hunc Apostoli locum omnes Latini Patres de Purgatorio intellexerunt. Qui ampliore illius expositionem desideraverit, cum ea esset præter institutum hujus operis, consulat eos, qui in Epistolas Pauli commentarios scripserunt, & Bellarm. 1. 1. de Purgat. c. 5. Tom. 2. controverſ. 3. Epist. 1. ad Cor. c. 3. v. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.

Idem Apostolus arguens Saducæos, resurrectionem corporum negantes, hoc argumento eandem suadere nititur, quod plerique seipſos variè affigerent pro iis, qui erant jam defuncti, ut iustitiam suffragarentur. Ita enim rogat. Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt. Qui sanè Baptismus commode intelligi non potest alius, quam metaphoricè Baptismus afflictionum, lachrymarum, L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Et hi quidem Purgatorium negant, & oppugnant. Porro non defuerunt, qui adeo Purgatorium defendebant, ut nullas penas præterquam Purgatorii admitterent post hanc vitam. Quæ insania tribuitur Origeni ab Epiphano, in Epist. ad Joannem Jerosolym.

Fuerunt, qui senserunt omnes omnino tam bonos quam malos, uno Christo excepto, purgari oportere. Alii verò penas omnium Catholicorum fore purgatorias, & finiendas. Quidam denique omnes, & solos Catholicos, dummodo in fide perseverent, purgatorio igne expiandos. Resellit hos errores August. lib. 21. de Civ. Dei. c. 18. 20. 24. 25. & 26.

Afferitur Purgatorium ex Patribus.

Ex Græcis.

Dionys. Areopagita, tractans Ecclesiasticam hierarchiam, dicit inter alia de suo tempore, quod Apostolis continentium, ac loquitur de re, quæ jam usu recepta erat; Accedens venerandus Antistes præcem sacram super mortuum peragit, præcatur oratio illa divinam elementiam, ut cuncta dimittat per humanam infirmitatem admilla peccata defuncti, cumque in luce statuat, & regione vivorum. part. 3. cap. 7. de hierarchia Eccl.

S. Athanasius quæstionem movet, num animæ defunctorum utilitatem sentiant ex precibus viventium? & respondet, sentire omnino. quæst. 54. ad Antiocham.

S. Basilii in Liturgia sua, cujus sit mentio frequens sub Tit. de Sacrificio insinuat orationem pro defunctis.

Etiam S. Gregorius Naz. orat pro anima Cæsarii jam defuncti, non facturus, nisi crederet animas defunctorum post hanc vitam etiam istum statum obtinere posse, ut orationibus vi viventium valcant juvari. Oratione in Cæsarium, sub fin.

S. Ephrem Syrus, extremis testamenti sui, quod inter alia ejusdem opera reperitur, tabulis hoc etiam cavuit, ut afflidus orationibus sui memoriam faceret, eo quod uti juxta Sapientis pronuntiatum, Justus in principio accusator est sui, vitam afferet in vanitate, & iniquitate se peregrisse.

S. Epiphanius Aetium hæreticum nominat, & pro tali habet, quod negaret orationes pro defunctis. Hieres. 75. Plura quæ ex Tit. de Suffragiis Infra, ubi pleraque exempla adducuntur existimant Scripturibus.

Ex Patribus Latinis.

Tertullian. non solum numerat inter Apostolicas traditiones suffragia pro defunctis, in lib. de Corona milit. sed insuper monet quandam viduam, ut pro anima defuncti conjugis oret, & offerat annuis diebus dormitionis ejus, en usitaram anni- Ggg 2 verba-

& c. quomodo hanc vocem usurpat Christus apud Marcum c. 10. v. 13. & Lucæ c. 12. v. 50. Psalm. 31. vers. 6. Familiaris enim est Scripturæ sanctæ, nomine aquæ, & fludus indicare tribulationes, & afflictiones. Epist. 1. ad Cor. c. 15.

Alia Testimonia videantur apud Bellarm. supra: Et Joann. Lemæum de Purgat.

QUI PURGATORIUM NEGAVUNT, VEL OPPUGNARUNT?

Primus, qui contra Purgatorium sensit, fuit Acrius, ille enim cum negaret pro mortuis orandum, consequenter negavit Purgatorium. Epiphanius. heres. 75. Aug. heres. 35.

VVALDENSES circa annum MCLXX. Purgatorium diserte negarunt: & cum iis Henricus, & Petrus Bruis: contra quos scribit D. Bernard. Epist. 240.

ALBIGENSES circa tempora D. Domini & Purgatorium, & Infernum sustulerunt. S. Antoninus 4. part. tit. 11. c. 7. §. 5.

Græcos etiam hujus erroris insinulavit D. Thom. Aquin. in opus. cont. Marcionem, quamvis tamen illi nunquam aperte videantur negasse Purgatorium, sed penam ignis dumtaxat.

MARTINUS LUTHERUS cum Aſcleſis, quamvis in disputatione Lippica Purgatorium agnovit, nihilominus planè illud fuisse ad extremum. In lib. ad Waldens. de Eucharist.

ANABAPTISTÆ Trinitarij Lutherò accedunt, quod Purgatorium non admittant, ut patet l. 2. c. 1. ex iis, quos ediderunt anno 1567.

ZUINGLIANTI idem sentiunt, ut est videre apud Coclaum, anno 1536.

JOANNES CALVINUS fatetur annos M. & CCC. fuisse in usu orationes pro defunctis, procul dubio eo tempore, quando ex ipsius mente Ecclesia erat pura, nullaque erroris labes resperſa: tamen exitiale Satanz commentum vocat Purgatorium, quod contumeliam Dei misericordie irroget. l. 3. instit. c. 5. §. 6. & 10.

Et hi quidem Purgatorium negant, & oppugnant. Porro non defuerunt, qui adeo Purgatorium defendebant, ut nullas penas præterquam Purgatorii admitterent post hanc vitam. Quæ insania tribuitur Origeni ab Epiphano, in Epist. ad Joannem Jerosolym.

Fuerunt, qui senserunt omnes omnino tam bonos quam malos, uno Christo excepto, purgari oportere. Alii verò penas omnium Catholicorum fore purgatorias, & finiendas. Quidam denique omnes, & solos Catholicos, dummodo in fide perseverent, purgatorio igne expiandos. Resellit hos errores August. lib. 21. de Civ. Dei. c. 18. 20. 24. 25. & 26.

Afferitur Purgatorium ex Patribus.

Ex Græcis.

Dionys. Areopagita, tractans Ecclesiasticam hierarchiam, dicit inter alia de suo tempore, quod Apostolis continentium, ac loquitur de re, quæ jam usu recepta erat; Accedens venerandus Antistes præcem sacram super mortuum peragit, præcatur oratio illa divinam elementiam, ut cuncta dimittat per humanam infirmitatem admilla peccata defuncti, cumque in luce statuat, & regione vivorum. part. 3. cap. 7. de hierarchia Eccl.

S. Athanasius quæstionem movet, num animæ defunctorum utilitatem sentiant ex precibus viventium? & respondet, sentire omnino. quæst. 54. ad Antiocham.

S. Basilii in Liturgia sua, cujus sit mentio frequens sub Tit. de Sacrificio insinuat orationem pro defunctis.

Etiam S. Gregorius Naz. orat pro anima Cæsarii jam defuncti, non facturus, nisi crederet animas defunctorum post hanc vitam etiam istum statum obtinere posse, ut orationibus vi viventium valcant juvari. Oratione in Cæsarium, sub fin.

S. Ephrem Syrus, extremis testamenti sui, quod inter alia ejusdem opera reperitur, tabulis hoc etiam cavuit, ut afflidus orationibus sui memoriam faceret, eo quod uti juxta Sapientis pronuntiatum, Justus in principio accusator est sui, vitam afferet in vanitate, & iniquitate se peregrisse.

S. Epiphanius Aetium hæreticum nominat, & pro tali habet, quod negaret orationes pro defunctis. Hieres. 75. Plura quæ ex Tit. de Suffragiis Infra, ubi pleraque exempla adducuntur existimant Scripturibus.

Ex Patribus Latinis.

Tertullian. non solum numerat inter Apostolicas traditiones suffragia pro defunctis, in lib. de Corona milit. sed insuper monet quandam viduam, ut pro anima defuncti conjugis oret, & offerat annuis diebus dormitionis ejus, en usitaram anni- Ggg 2 verba-